



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

II. Iacob. Sadolet. S.R.E. Cardin. Lazaro Bonamico S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

bari. Itaque quod solet sequi necessarium, ut cum de quoquam bene existimamus, illum etiam diligamus: scito, me tantum suscepti benevolentia erga te, ut si quid exiterit, quod tibi ex me non modum aut honorificum possit accidere, neminem qui meretur in amore & studio tibi gratificandi sis habiturus. Ego Romam non eram cum has scribebam literas: sed in ecclesia mea Carpentorachi, quod Nicæa veneram, ut ex longo & difficili morbo presertim prope valetudinem recrearem: quibus in locis hys me occupavit. Nunc in Italiam & ad Urbem cogitabam: quod cum in paucis mensibus, ut spero, pervenero, (si mihi id Dei benignitate saluo facere licebit) ita memoriam tui, & meritum tuorum apud summum Pontificem Collegasque meos sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinales excitabo, & calefaciam: ut & ipsi, & ceteri omnes intelligant, doctis & excellentibus viris, quanquam alienigenis & absentibus, magnos tamen fautores in urbe Roma non desunt. Nec tamen prætermittam, quin interea dem ad Pontificem Maximam literas, debitumque imperium tibi & virtuti tue apud illum testimonium: quod hoc triduo omnino sum facturus. Sed quod ad priuatas meas cogitationes attinet: scito Alberte doctissime, me ex tuis libris in maximas angustias & sollicitudines animi constitutum esse. Versabar enim in eisdem planè studiis, & in eodem argumento elaborabam: iamque confeceram bonam partem habitationis meæ, cum tui ecce libri mihi inopinanti aduenerunt. Nunc quo me vertam nescio: si pergo atque infuso, videbor omnia abs te esse mutuatus. quid enim tu cuiquam reliquisti, quod is tanquam nouum aut inexpectatum possit dicere? Si desino, durum erit frustra à me susceptos fuisse tot labores. Quid igitur agam? quid opinor id, quod veteres etiam philosophi & iurisperiti faciebant, eisdem de rebus, alio modo. In quo hauriam de fontibus quoque tuis: nec me tantum scriptorum tuorum excellentia deterrebit (quanquam deterret illa quidè, & ut quiescam suadet) quantum adiuuabit copia: quæ facit, ut maiore etiam animo quam antea, & minore meo cum labore, confidam, fontem me curricula mei, in quod ingressus sum, bene & celeriter esse confecturum. Vale, & nos tui amantissimos dilige. Carpentorachi, III. Calend. Martij, M.D. XXXIX.

II.

IACOB. SADOLET. S. R. E. CARDIN. LAZARO BONAMICO S. P. D.

ADVENTVS ad nos Florebello nostri, cum mihi per famularem voluptati fuit: tum eò etiam gratior, & iucundior, quod & tuas is mihi attulit literas, & percontationibus meis quas hodie

in de te, periculis respondendo, omnia tua diligenter est per-
 stratum. Quo quidem sermonis genere, in quo videlicet Lazarus
 mecum, & amicus, & vir, quem ego & iudicio animi, & studio,
 & benevolentia complector propè singulari, vltro citroque ver-
 batur, nullum facile possum reperire suavius. Illud cupissem, vt te
 tuar occupationes non detinuisissent, quo minus ad me longiore
 epistolam mitteres. Non enim dici potest, quam libenter tuas e-
 pistolas legam, & quidem longissimam quanque libentissimè: vt
 si legas, tecum mihi videar loqui. Quod si olim in collo-
 quio nobis illud inerat & vitatum, & dulce, quod liberè, &
 sine cura vltis, sine cautione inter nos efficiebamus quacunque in
 horum veniant, quam nobis licentiam familiaritas dabat: qui
 nunc coarctat restrictos esse in scribendo, cum liceat eadem si-
 cut & libertate loquendi literas conficere, qua sermones con-
 ferimus. Sed tu vereris fortasse, ne tibi in epistolis tuas facun-
 diae replicanti, postea cum è suggestu iuuentutem doces,
 contra candidos desit oratio: quorum tu, quanquam optimus
 delectus es, captiones tamen vitare nequiuisti. Quid vis fieri?
 facillime hominum generi sophismata sunt, quibus captent ad-
 versos, & in laqueum inducant: quanquam capitaliora fortas-
 se vitatum, quam ea quae mentem ex suis educant locis. Sed
 quid ego cum ad iocandum minimè idoneum tempus sit: & ego
 iocans optans, ad veretem inter nos consuetudinem sic garru-
 losus sum. Nam si verum scire vis, mi Lazare, ego cum has
 scriberem literas, & in maxima eram sollicitudine de Repub. quã
 videri profectò quo in statu, vel potius quo in motu posita sit:
 tanta quidem vt aduersa in ea, & aspera horrere debeamus. Et
 tantum doloris acceperam ex morte summi viri, mihi collega, o-
 mnino & amoris, & officii vinculis coniunctissimi, Federici Fre-
 gii, talibus animus illo vulnere æger, ex dolore & tristitia
 tantum non posset: cui tamen vulnere paulum quid medicamẽ-
 ta adhibuit tui absentis recordatio. Nunc reuiuisceret do-
 lor, quum ego ab huius argumento epistolae penitus exclusum
 videri, & certum cum alia quadam mea lucubratiuncula tanti
 negotii satis sum lamentis profecturus. Eam schedam ad te
 perire Paulus Sacarus meus, quem ego cupientem iam diu ve-
 nitum esse ad grammasium Patauinum inuisere, & in eo dare operam
 non solum solum artium optimarum, sed studiorum etiam in dis-
 cendo & cum equalibus disserendo exercitationibus, libenter
 & non dimittit tua fretus imprimis humanitate, & in nos beneuo-
 lentiam non enim dubito, quin etiam tu sis eodem loco habiturus,
 ego habere soleo. Itaque illum ne commendo quidem: satis
 enim nobis nostra amicitia commendat. Tuam ad Donatum Rullum
 epistolam legi perlibenter, non solum quia disserere & eradite scri-
 pra.

praestitit, ita ut accedat ad antiquitatis laudem: sed etiam, quia
hominem eum missa est, quem ego mirabiliter diligo, tum ver-
bis eius, tum etiam officiis erga me, vel beneficiis potius pro-
uocatus: cui ipsi, queso meis verbis dicito, si nos dignos faciat,
quos aliquando in hac loca veniens inuisit, permageum nec
aduentu eius, & ex conspectu letitiam esse capiturum. Valeat
Lazare. XII. Cal. Octob. Carpent.

III.

IAC. SADOLETVS S.R.E. CARDIN. RO-
mulo Amaseo, S.P.D.

VENIENTI isthuc Iacobo Bordingo, qui Scholae Carpentensio-
stensi triennium praefuit, optimo viro, & Graecis Latinisque
literis eruditissimo, non potui nihil ad te literarum dare, quam
commendarem tibi hominem, quem mediis fidias ego singulari
benevolentia complectorum etiam, tu ut agnosceres, me non
me tui cum summa item benevolentia retinere. Is ea de causa Bo-
noniam proficiscitur, ut quoniam dedit aliquot annos medicinae
operam, id studii & laboris in ista urbe perficiat, doctorumque
iudicio statuatur dignus, qui ipse quoque possit eam civibus suis ar-
tem & scientiam profiteri: quod illud magna cum ingenii & do-
ctrinae laude adepturum esse confido. Nunc, etsi non dubito mi-
Romule, quin quem a me, & diligi & probari intelligis, cum summa
studiis atque officiis omnibus profecturus: tamen sic volo te re-
stimare, vix quenquam inveniri posse, in quo tua mihi officia ac-
cidere possint gratiora, quam in Bordingo, cui omnibus de cas-
sis merito amicissimus sum: cupioque eum quam maxime & ce-
lebrari & ornari. Quod tu praeter ceteros egregie mihi praestare
potes, qui praes Bononiensis iuventuti, & elegantibus ingeniiis do-
minaris, in ea urbe natus, e qua eruditio, & optimarum artium dis-
ciplina, in has transalpinas nationes dimanasse creditur. Postea
autem haec sunt quae ego te posco: Primum ut diligas hominem ip-
se, & charum habeas: deinde, ut eidem doctos isthuc viros con-
sules, reddasque eum, & meo, & tuo testimonio omnibus nomi-
Postremo, ut cum publice iudicium de dignitate Bordingi per
doctorum collegium fieri: tu cum tuis omnibus, velto eum commo-
tu frequentiaque honestetis. Quamquam summa postulare com-
meorum haec est: te ut ita geras aduersus Bordingum, amore, iu-
dicio, diligentia: ut intelligat ipse, meam hanc sibi commendatio-
nem apud te plurimum profuisse: egoque in hoc homine experi-
ar, id quod tamen iam pridem scio, me abs te non solum diligi,
sed etiam vehementer amari. Vale mi Romule. Carpent. IV. Cal.
Octob. M.D.XL.